



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

9. Februarii. Nunquam agas vel loquaris, nisi priùs, an id placeat Deo, prosit tibi, ædificationique futurum sit proximo, cogitaveris. S. Ignat. ap. Lyr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Qui deliberat, Deum solum attendat ;
huic consilia sua inædificet, reliqua omnia
caduca sunt : delectant , sed ad tempus ;
profunt, sed non perpetuò.

Omnis electio cauta esse debet, illa verò
cautissima, ex qua pendet æternitas. Nec
affectus hinc, nec sanguis & caro , nec sensus
locum habere debet. Opus est superno
lumine, & prona in te voluntate.

9. Februarii.

*Nunquam agas vel loquaris, nisi prius, an
id placeat Deo, prosit tibi, edificationique
futurum sit proximo, cogitaveris. S.
Ignat. ap. Lyr.*

UT humanæ, ita & divinæ prudentiæ
amuffis lingua est. Hac, qui ritè uti
novit, næ ille in utrâque magister sit.
Nulla hâc artium difficilior. Qui in lin-
gua non offendit, hic perfectus est vir.

Ars nulla sine regula discitur : illa pro
arte bene loquendi securissima ; si ter versum
bum revocetur ad limam , priusquam ses-
mel erumpat ad linguam ; scilicet ne Deo,
ne sibi, ne proximo noceat. Hæc si in usu
esset omnibus, multò minùs , sed meliùs
loqueremur.

Mi,

Mira res! tacere facilius est, quam loqui.
Rarò tacuisse nocet, nocet frequentissime
esse locutum. Et tamen paucissimi, qui
tacere sciunt: nempe natura semper incli-
nat ad pejus.

Prævidere quid tibi, quid proximo, qui
honori divino expediat, hominem distri-
guit à bruto: ideo nobis mens & ratio in-
dita, ut hæc morum & linguæ magistra
faciem præferat, ne abeamus in devia,

IO. Februarii.

*Grandia in Dei obsequio præstare qui de-
derat, ante omnia caveat; ne nimium
sapiat. S. Ignat. in vitæ l. 4. §. 22.*

A Nimi demissio, ut proprii, sic & alii
ni in virtute profectus fundamen-
tum est, sine quo quicquid ædificatur, ru-
næ præparatur.

Altissima rerum omnium virtus odit
ta: libentius amplectitur medium, am-
modum. Deus altissimus quidem est, &
eum tamen, nisi per humilia non perven-
tur.

Nec enim bonum in magno, sed in bo-
no magnum collocandum. Æstimat illu-
plus Deus, qui se minùs; illum favore su-